

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

1. sicut, ut Ranzouiorum fere hoc tempore sunt centum & quinquaginta castra ac varias possessiones obtinent. Inueniuntur etiam Alefeldiorum & Poyvischiorum fere totidem. Habet Holsatia Episcopatum unum, videlicet Lubecensem. Hamburgensis enim Episcopatus Bremensi iudicatus est. Capitula tria, Lubecense 32: 39. 54: 18. Hamburgense 31: 30. 54: 0. & Outinense 32: 28. 54: 38. Abbatis tres, videlicet Reinfeldensem 32: 23. 54: 14. Bordscholmensem 31: 39. 54: 45. & Scismariensem 32. 55. 54: 50. Monasteria decem, inter quæ tria sunt nobilium monialium, magniq; prouentus, quæ adhuc florent. Cætera fere in Scholas ac Xenodochia sunt conuersa.
2. Nobilium lites dijudicantur à senatu Ducatum iudicio, præsentibus plerumque Principibus, ut priuilegijs ipsorum cautum est. Ab ordine senatorio interposita idonea cautione appellare licet ad cameram Imperialem.
3. Ciues gaudent proprijs priuilegijs ac vtuntur Iure Romano siue etiam Lubecensi. Multæ inter Principes ac Ciuitates plerumque diuiduntur. Molendina spectant ad Principes. Subditi à sententijs quas senatus ciuitatum tulit appellare possunt ad quatuor ciuitates iudicio peculiari exercendo destinatas. Ab his permittitur ipsis appellatio ad Principes ac Senatores Holsatiæ, ac vltimus etiam ad Iudicium Camere Imperialis, ita tamen ut cautio idonea præcedat. Rusticorum causæ ventilantur per eorum causidicos sub dio in patentibus campis. Adfuntque eiusdem loci viri nobiles vna cum præfectis ac duobus Assessoribus, veluti testibus. Ibi in medium prodeunt, qui contra alios litem se habere existimant, auditisque & cognitæ partis vtriusque actionibus defensionibusq;, conuentus vniuersus rusticorum in consilium exire iubetur. Expensis ibi diligenter controuersijs in confessum redeunt, vocatisq; litigatoribus de iure pronunciant. Si quis stare iudicio non voluerit, ad duodecim constitutos iudices vel ad aliquot paræcias, & ab his etiam ad senatores eius Principis cui rustici sunt subiecti, prouocare licet. Ab his etiam appellatio ad commune forum Holsaticum, cui Principes stipati consensu senatorum præsent, & deinceps ad Cameram libera conceditur, modo litis grauitas excedat summam 500. florenorum Rhenensium, vigore priuilegij ab Imperatore Ferdinando Principibus Holsatiæ dato.

Meridiani distant iuxta rationem 54:30. parallelorum  
ad circulum maximum.

